

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Peccatum x  
cum fonte primo

Cui deus uenter est, ei deus recens  
est. Quaecumque uicia  
habemus et quotcumque peccata,  
tot recentes habemus deos. Iratus sum;  
ira michi deus est. Vidi mulierem et  
concupiui, libido michi deus est.  
Vnusquisque enim quod cupit et  
ueneratur, hoc illi deus est.

Ieronymus super Psalmum LXXX.: Non  
erit in te deus recens.

Cui deus uenter est, deus ei recens  
est. Quotcumque uitia  
habemus, quotcumque peccata,  
tot recentes habemus deos. Iratus sum:  
ira mihi deus est. Vidi mulierem, et  
concupiui: libido mihi deus est.  
Vnusquisque enim quod cupit et  
ueneratur, hoc illi et deus est.

Hieronimus Stridonensis, *Tractatus LIX.*  
*in Psalmos*, 80, 10 (CCSL 78, G. Morin  
ed., p.80, ll.139-143).